



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||  
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ  
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens**

**Antverpiae, 1584**

Genesis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

Q. SEPTIMII. FLORENTIS  
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRES-  
BYTERI GENESIS.

CAP. I.  
Gen. 1.



RINCIPIO De minus cœlum terrāmque creauit:  
Namque erat informis, fluctuque abscondita tellus,  
Immensisque Deus super æqua vastra meabat,  
Dum chaos & nigræ fuscabant cuncta tenebrae.  
Has dum disiungi iussit de cardine, fatur:  
Lux fiat; & claro nituerunt omnia mundo.  
Quum Dominus primi complesset facta dici,

Condidit albentem nebulas nascentibus axem;  
Accipit immensus verrentia littora pontus,  
Multiplices rapiens validis cum tractibus amnes.  
Tertia lux faciem terrarum fulua rexit,  
Arida mox posito narratur nomine terra;  
Pioea ventolis consurgunt germina campi,  
Pomiferique simul procuruant brachia ramii.  
Quarta dies generat solis cum lampade lunam,  
Et stellas tremulo radiantes lumine singit;  
Hæc elementa dedit subiecto insignia mundo,  
Tempora qua doceant varios mutanda per ortus.  
At quincta accipiunt liquentia flumina pisces,  
Et volucres varias suspendunt aëre pennas.  
Sexta prægelidos in spiras lubricat angues,  
Quadrupedumque greges totos diffundit in agros;  
Cunctaque multiplici mandauit crescere passim  
Germine, & immensis errare & pascere terris.  
Hæc vbi constituit diuina potentia iussu,  
Rectorem inspiciens mundanis defore rebus,  
Hæc memorat: Nostris hominem faciamus ad vnguem  
Vultibus adsumitem, toto qui regnet in orbe.  
Et licet hunc uno posset componere verbo,  
Ipse tamen sancta dignetus ducere dextra,  
Inspirat brutum diuino à pectore pectus.

CAP. II.  
Gen. 2.

[1] Quæ postquam effigie formatum ceu sua, vidit,  
Metitur solum mordaces soluere curas.  
Ilicet irriguo perfundit lumina somno,  
Mollius ut vulta formetur femina costa,  
Atque artus mixtu gemino substantia firmet.  
Inditur & nomen vitæ, quod dicitur Eua.  
Quapropter natilinquent de more parentes,  
Conjugibusque suis positis cum sedibus hærent.  
Septima, quando Deus factorum fine quieuit,  
Sacra statuens venturi gaudia secli;  
Ilicet exhibitis animantium ex ordine turbis,  
Viritim cunctis nomen quod permanet, indit,  
Adam à Domino donata prudentia solers.  
Quem Deus alloquio, iunctam dignatur & Eua:

Crescite multimoventa in tempora partu,  
Ut polus & plenæ vestro sint germe terræ;  
Hæredesque mei, varios decerpite fructus,  
Quos nemora & pingui redditum de cespite campi.  
Hæc vbi differuit, lata paradisus in aula  
Instruitur, primique aspectat lumina solis.

Gignitur

TERTULLIANUS  
Cum Annotationib[us]  
PAMELDI.

A. V.  
16.

A  
Gignitur hæc inter, pomis lethali bus arbos,  
Coniunctum generans vitæ mortifque saporem.  
Ædibus in mediis puro fluit agmine flumen,  
Quod rigat insignes liquidis de fluctibus ortus,  
Quadrifidosque fecat vndante ex fonte meatus.  
Phison auriferis prædiues fluctuat vndis,  
Conspicuasque terit rauco de gurgite gemmas;  
Praefinis huic nomen, illi est carbunculus ardens,  
Perspicuusque vadis terram prælambit Euilat.  
Post hunc Æthiopas Gæon adlapsus optimat.  
Tertius est Tigris, Eufrati adjunctus ameno,  
Assyriam celeri discretim flumine fulcans.  
Hic positus custos Adamus cum coniuge fidia,  
Atque opifex, tali formatur voce Tonantis:  
Ne trepidate simul licitos præcerpere fructus,  
Quos nemus intonsum ramo frondente creavit;  
Solliciti ne fortè malum noxale legatis,  
Quod viret ex gemino discreta ad munia succo.  
Nec minus interea cæcos nox alta tenebat,  
Ac modò formatos nec vestis texerat artus.

[ Has inter sedes, & baccis mitibus ortus,  
Spumeus astuto vincens animalia sensu,  
Serpente tacite spiris frigentibus anguis;  
Liuida mordaci volvens mendacia sensu,  
Femineo tentat sub pectora mollia corda.  
Dic mihi cur metuas felicia germina mali?  
Numquid poma Deus non omnia nota facit?  
E quis si studeas mellitos carpere vietus,  
Aureus astrigero remeabit cardine mundus.  
Illa negat, vetitósque timet contingere ramos;  
Sed tamen infirmo vincuntur peitora sensu.  
Ilicet ut niueo iam mitia dente momordit,  
Adfusus nulla maculatum nube serenum.  
Tum sapor illecebram spissitatem fauibus indens,  
Compulit & insuetu munus deferre marito.  
Quod simul ac sumpsit, detersa nocte nitentes  
Emicueru oculi, mundo splendente, sereni.  
Ergo ubi nudatum prospexit corpus uterque,  
Quinque pudenda vident, sicutnis frondibus umbrant.  
Fortè sub occiduo Domini iam lumine folis  
Agnoscunt sonitum, trepidique ad deuia tendunt.  
Tum Dominus cœli mœstum compellat Adamum:  
Dic ubi punc degas? Respondit talia supplex:  
O Domine, adfatus pauido sub corde tremisco  
Magne tuos, nudusque metu frigente fatigor.  
Tum Dominus: Quis poma dedit noxalia vobis?  
Tradidit hæc mulier, dum dicit lumina promptim  
Candens perfusa die, liquidumque serenum  
Adfusisse sibi, solémque & sidera cœli.  
Protinus ira Dei turbatam territat Euam,  
Auctorem vetiti dum querit maximus æti.  
Illa sub hæc pandit: Serpentis suasa loquentis  
Accipi, fallente dolo, blandoque rogatu;  
Nam sua vipereis intexens verba venenis  
Hæc mihi præ cunctis narravit dulcia pomis.  
Ilicet omnipotens condemnat gesta draconis,  
Præcipiens cunctis inuisum visere monstrum,

CAP. III.  
Gen. 3.

Pectore mox fuso præpere, tum sola mortu  
Mendere, finansuro quæcumque in tempora bello,  
Humanos inter sensus, ipsumque labantem;  
Vertice ut abiecto pronus post crura virorum  
Serperet, ut calcet dum labens comminus instat.  
Fœmina fraudigeris miserè decepta loquela,

Præcipitur duro discrimine ponere partum,  
Seruitumque sui studio perferre mariti.  
Tu vero cui visa fuit sententia verax  
Coniugis, immitti cessit quæ vieta draconis,  
Dessebis miserum per tempora longa laborem;  
Nam tibi triticeæ surget pro germine messis  
Cagduus, & spinis multum paliurus acutis;  
Ut cum visceribus lassis & pectore mœsto,  
Plurima sollicitos præstent suspria vietus;

Donec in occiduo venientis tempore mortis,  
Vnde geris corpus, terræ reddare iacenti.  
His actis, Dominus trepidis dat tædia vita,  
Deiecit oīque procul sacratis dimouet horris,  
Obuersoque locat, medioque eliminat igni,  
In quo perceleri Cherubin euoluit æstu,

Dum cardus defretet apex, flammæque volutat.  
Quæis Dominus, pigro ne frigore membra rigerent,  
Consuit euulas pecudum de vñcere pelles,

Operiens nudos calidis de vestibus artus.  
Ergo ubi coniugio sese iam fidus Adamus

Esse virum sensit, nomen genitricis amatæ  
Exhibit vxori. Bino qui germine factus  
Continuò genitor, diuersis nuncupat orfis;  
Atque Cain hic nomen habet, cui iunctus Abelus.

Innocuas quis seruabat cura bidentes,

Ast alias curuo terram vertebat aratro.

Hi quum perpetuo ferrent sua dona Tonanti,

Dnimiles fructus sensu suadente dedere.  
Nam prior vberibus fuerant quæ prosata glebis,  
Obtulit; ast alias miti se denouet agno,

Exta manu sincera gerens, adipemque niualem;

Confestimque placet Domino pia vota tenui.

Quod propter gelida Cain incanduit ira.

Quem Deus adloquio dignatus, talibus insit:

Dic mihi, si rectum viuas, & noxia cernas,

Degere non possis contracto à crimine purus?

Defline mordaci fratrem disperdere sensu;

Quibz ceu Domino subiectus colla daturus.

Dic tamen his fractus, fratrem deducit ad arua,

Atque ubi deprensum deserto in gramine vidit,

Elidit geminis frangens pia guttura palmis.

Quod factum Dominus cœlo speculatorus ab alto,

Disquirit, quonam terrarum degat Abelus?

Ile negat positum custodem se fore fratribz.

Cui Deus effatur. Num nam vox sanguinis eius

Ad me missa sonat, celumque ascendit ad axem?

Nosce igitur mansura tibi pro crimine tanto;

Nam modò quæ maduit germani sanguine terra,

Inuiso maledicta tibi communissæ negabit

Semina, & adsumptis fructum non proferet herbis;

Torpидus ut multo collidens membra tremore.

AD NO-

TERTULLIANUS  
Cum annotationibz  
PAMELLI

A.V.  
J6.

CAP. III.

AD NOTATIONES IACOBI PAMELII  
IN GENESIN.

## CAP. I.

1. Et volucres varia suspendunt aere pennas,  
&c.] Retinimus hanc cœfugationem pro cœfatura Cau-  
chij, ex editione priori inter Opera B. Cypriani, pro-  
corpo.

## CAP. II.

2. Quem postquam effigie formatum, ceu sua,  
vidit, &c.] Inter cetera id est Tertullianum, quod  
litteram a. in Ablatiis, sicut hic in voce sua, cor-  
ripiat.

3. Praesinus huic nomen, illi est carbunculus ar-  
dens, &c.] Vel hinc patet eiusdem esse. Autem hunc  
librum cum precedentem, quippe ubi legitur, quem de  
Paradiso, sicut hic agit, cap. 8.

Inde niter Praesinus, illinc carbunculus ardet.  
Atqui utroque sequitur editionem LXX. Gen. 2. apud  
quos commemoratur inueniri carbunculus, Graecæ au-  
tōξι, & lapis Praesinus, Graec. ὁ Λίθος ὁ ωρόνος.  
Pro quibus ex Hebreo & Chaldeo transtulit B. Hieron.  
Edelium, & lapidem Onychinum.

## CAP. III.

4. infucto munus deferre marito, &c.] Sic ite-  
rum legimus, pro: infuctum; quod cum Cauchio caſti-  
gaueramus, & sicut inter opera B. Cypriani: tum fola  
morsu Mandere, pro: Pandere. Est autem russum  
Tertullianum illud intermedium: Quis poma dedit  
noxalia vobis?

5. Cardus & spinis rutilum palurus acu-  
tis, &c.] Hoc quoque est Vergiliannum Eclog. 5. Est vero  
etiam rubi genus palurus Plinio lib. 24. cap. 13.

## CAP. IV.

6. Elidit geminis frangens pia guttura palmis,  
&c.] Emendauimus ex conjectura: frangens, pro: frau-  
dans, & mox iuxta Morelam: celo speculator ab  
alto, pro: celo.

7. Torpidus ut multo collidens membra tre-  
more, &c.] Sicut etiam niger adnotauimus; quum pro-  
fus multus sit finis huius carminis, appareat cetera quo-  
que Genesio capitula ad euerctionem usque Sodome ab Au-  
tore conuersa.

## ARGUMENTVM IACOBI PAMELII

## IN SODOMAM.

**P**VLCRE & latè integrum historiam euerctionis Sodome prosequitur.  
Ceterum sicuti supra quoque dictum est, præter quam quod Sixtus Se-  
nensis nominatim adscribat hunc librum Tertulliano, etiam phraseis quedam  
& loci plures sunt Tertullianici, sicuti infra adnotauimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS  
TERTVLLIANI CARTHAGINENSIS  
PRESBYTERI SODOMA.

A M Deus omnipotens primævi tempora secli,  
Vindice diluvio, cunctis aboleuerat vndis,  
Quas cœlum sparit terræ, maris exspuit æquor;  
Hactenus, haud liquido poenas decernere pactus  
Excidio, quoties hiemes induceret aër,  
Frenandis varium pluuiis mandauerat arcum,  
Purpureo & viridi signantem nubila limbo.

Iridis huic nomen, propria est quæ fibula nimbis.

[ Sed recidua hominum pariter cum gente secunda  
Impietas, iterumque mali noua pullulat ætas,  
Excidio iam non imbræ fortita, sed ignes.  
Sic Sodomum meruit tellus ardentibus vri  
Flammis, & finis portendere signa futuri.  
Efferæ luxuries illæ, inimica pudoris,  
Instar legis erat, fugeret quam præscius hospes;  
Ante vel ad Scythicas, vel apud Busiridis aras

CAP. I.  
Gen. 7.

CAP. II.  
Gen. 18.

ZZz